



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 38. Electio Caroli in Cæsarem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul XVI.
A.C. 1519.

ctor hanc suam oppositionem verbis declarasse haud contentus, in Electorali quoque collegio eandem contra nominationem a Friderico nuper factam scripto interposuit. Ast flocci habebatur illius repugnantia.

§. XXXVIII.

Electio Caroli in Cæsarem.

*Spond. ad an. 1519. n. 2.
Platin. de vit. PP. in Clement. I V.
Nord. hist. Fior. lib 6.
Joan. Ant. Vera hist. Carol. V. p. 23.
Raynald. n. 29.*

Ergo Carolus Hispaniarum Rex nondum vigesimum ætatis annum emensus in Cæsarem eligitur die vigesima octava Junii anno millesimo quingentesimo decimo nono, ac paucis post diebus Tre-virensis quoque Elector Carolo accesserat, sive quod Franciscum I. aucupandi Imperii spe dejectum cerneret, sive quod novi Cæsaris indignationem pertimesceret. Eodem tempore Cajetanus Cardinalis, qui tum præsens aderat, Neoelecto Cæsari commentitiæ (*) illius legis gra-

(*) *An aliquis Princeps directus cujusdam Regni Dominus diplomati, quo in alium Principem ejusmodi Regnum jure fiduciario transfert, conditiones apponendi jure careat, atque talis conditio lex chimerica, atque commentitia dici queat, nullum certe, qui id cum Continuatore asserere audeat, reperire erit; id exploratum habemus Carolum I. Siciliæ Regem*

gratiam fecit, qua summi Pontifices Sæcul. XVI.
 Neapolis Regibus inhihebant, *ne Impere* A.C. 1519.
rium Romanum etiam ultro oblatum acciperent. Igitur electione peracta Caroli Cæsaris Legati Francfordiæ agentes Electori Saxoniae triginta florenorum millia offerebant; hujus enim studio Carolum eorum Dominum adepti diadematis felicitatem potissimum debere sat sibi persuasum habebant. Ast Friderico donum asperrante, illi eundem impense rogabant, ut saltem decem millia florenorum in suos famulos distribui permitteret, quibus respondit Elector: munera dispensare vobis integrum est, si vero meorum quisquam vel unicum aureum accipiet, hodie adhuc se a me dimissum sciat.

§. XXXIX.

Electorum Legatio in Hispaniam ad novum Cæsarem.

Vix peracta erat Caroli electio, cum Tom. 3. Rev. Germ. apud Schard. & Goldast. in suo Const. Imp. edit. Freher.
 Guilielmus Bavariae Dux, qui aliquot ante menses defuncto Alberto Patre

H h 4

ex stirpe Gallorum Siculum sceptrum cum hac conditione acceptasse, ac juramento illam firmasse. Vide Platinam loc. cit. & Raynald O. doric. ad ann. 1274. num. II. Jus Papæ in utriusque Siciliæ regna commentitium esse, Lutherus docuit. Lege hoc libro §. LXVI.